



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Basilicae S. Mariae. Maioris De. Vrbe A. Liberio. Papa. I.  
Vsque Ad. Pavlvn. V. Pont. Max Descriptio. Et. Delineatio**

**Angelis, Paolo de**

**Roma, 1621**

Cap. I. De sacello, in quo Christi Saluatoris Praesepe religiosè colitur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13873**

BASILICAE  
S. MARIAE MAIORIS  
DE VRBE  
A LIBERIO PAPA  
VSQVE AD  
PAVLVM QVINTVM  
PONTIFICEM MAXIMVM  
DESCRIPTIO, AC DELINEATIO,  
LIBER DECIMVS.

AUCTORE  
ABBATE PAULO  
DE ANGELIS.



DE SACELLO, IN QVO CHRISTI  
Saluatoris Præsepe religiosè colitur.

CAPVT PRIMVM.



**V**IRORVM illustrium, A tis. Quarto res mobiles, atque sacros appa-  
negocio absoluto, qui ex ratus significabimus. Quinto Beneficiatos,  
hac Basilica prodierunt, de quibus antea fuit insinuatum. Hoc sacel-  
& in ea requiescunt; se- lum Sixtus V. Pontifex velut futuram digni-  
quitur Præsepis sacel- tatem prævideret, pauper Cardinalis in-  
lum designare à Sixto V. choauit. Modulus Crucem imitatur, vndiq.  
à fundamentis extructū. arcubus extantibus, atque amplo spatio; tho-  
lo plumbeis laminibus induto cooperiente,  
quem laternula in apice consequitur. Plu-  
res ædiculas continet, de quibus distincte  
suo loco. Nobile pauimentum, tectoria-  
opera, auro illustrata; perplura marmora,  
varijs coloribus inferta, nec non egregiè pi-  
cturis decoratur; inter quas, Reges, atque  
Patriarchas cernimus, ex quibus Dei mater  
est deriuata. Angelorum legiones ad Christi  
Præsepium respicientium in sacelli medio  
collo-

Quamuis fuerit nonnihil de hoc superius di-  
ctum, tamen ob eius excellentiam operæ pre-  
tium duximus, illi peculiarem tractatum af-  
signare, atque in plura capita distribuere:  
nimirum, primo generatim significando, B  
deinde peculiariter quæque attingendo. Igi-  
tur ante omnia de fabrica tradetur. Tum,  
de picturis, atque marmoreis ornatibus.  
Tertio de Indulgentijs, atque reliquijs ibi-  
dem manentibus, & per Sixtum V. colloca-

*Præsepe sacelli  
Sixtus V. dicitur  
fuit Card. con-  
fuit est. Vnde sacel-  
li fundamentis  
& Strigone in  
vita Sixti V.*

collocatum. Vndique etiam per plures sacrae historiae circundant candido marmore caelatae, atque sepulchra mira praestantia, & arte constructa, de quibus suo loco.

DE VESTIGIO,  
ET SACELLI PAVIMENTO.

Caput II.



**B**OST generalem descriptionem, peculiaris consequitur; nimirum breuiter vestigiū, pavementum, & omnia ad sacellum spectantia significando. Exin ad Aram maximam properabimus; postea primaria eius pars significabitur, quod erit prima sacelli pars interna; cui secunda succedet, nimirum dexterum latus. Tertia pars ad aditum cum clathris spectabit. Quarta verò, & vltima

erit sinistrum latus sacratio adiunctum. Ut autem à primo inchoemus, Pavimentum varijs marmoribus est conditum, in cuius medio sanctissimi Praesepis aedícula adest, Altare supereminente, ex porphyreticis, serpentinis, atque alijs miri pretij lapidibus ad Pontificium sacrificium optimè disposito. Praesepium, atque vetusta aedícula, è loco vbi prius inerat, fuit sub hanc Aram insigni arte translata, nihil partes diuidendo, sed omnia coniuncta seruando. Illa spatium continet vndique circundans, picturis ornatum, quò possint homines incedere, & per aliquot gradus duabus ex partibus locatos progredimur. In Ara maxima quatuor Angeli aenei deaurati cernuntur, altera manu aeneum tabernaculum sustinentes, varijs loculamentis, figuris, Parastadis, capitellis, & basibus ordine Corinthio egregia arte fabricatum. Altera verò luminare assidue die, ac nocte accensum. Pro qua re Sixtus Quintus Pontifex peculiare reditus assignauit.

Praesepe, atque aedícula à loco, vbi prius erant, sub Sixto V. sacelli aram translata.

In Praesepis sacello die, ac nocte iugiter luminaria resplendent. De ordine Corinthio, atque composito, vide Vitruvium, lib. 4. cap. 1.

